

Quartus

Tractatus

Intremitiū

quarti tractatus Petri hispani. qui extraxit est ex libro posteriorum. Queritur primo. quid sit subiectum huius quarti tractatus. Dicendum quod syllogismus simpliciter dicitur. Quod probatur sic. quia illud est subiectum cui passiones principaliter considerate in tali scientia per vera principia demonstratur inesse. sed syllogismus simpliciter dicitur est huiusmodi. ergo est hic subiectum. Unde probatur per talem demonstrationem. omnis oratio in qua quibusdam positis necesse est aliud accidere. et concludit vltiter vel particulariter affirmatiue vel negatiue. sed omnis syllogismus simpliciter dicitur concludit vltiter vel particulariter. affirmatiue vel negatiue. Secundo probatur idem. quia est quid communitatis in hac scientia consideratum. primo notum. non transcendens metas huius scientie. verificabile de omnibus principaliter in ista scientia consideratis. ergo est subiectum. Tenet consequentia per locum a diffinitio. ne ad diffinitum. Et sunt quatuor que considerant in hac scientia et qualiter alia scientia. scilicet subiectum. propria passio. presubiectiue. et principia. quorum tria prima considerantur principaliter. sed quartum considerat necessarium. quare non oportet quod subiectum in recto verificetur de principis. sicut verificatur de alijs principaliter consideratis. Subiectum dicitur est. proprie passiones sunt concludere vltiter vel particulariter. affirmatiue vel negatiue. Principia sunt quadruplicia. scilicet materialia formalia regularia et perfecta. de quibus infra dicitur. Sed partes subiectiue sunt syllogismus affirmatiue. et syllogismus negatiue.

Notandum passio istius subiecti dicitur ultimo de assignatur. nam aliqui ponunt pro passio. ne concludere vltiter vel particulariter. affirmatiue vel negatiue ut patitur. Sed alij dicunt passionem principalem esse modale vel figurale. et facit demonstrationem talem. Omnis oratio in qua quibusdam positis. et est modalis vel figuralis. sed syllogismus simpliciter dicitur est oratio in qua quibusdam positis. et ergo syllogismus simpliciter dicitur est modalis vel figuralis. Sunt etiam alij qui assignant pro passione illatiuam consequentis et antecedente. et sic similis demonstrationem.

Sed de subiecto debet supponi quid est et quia est primo posteriorum. sed hic non supponitur syllogismus simpliciter dicitur quia diffinitur. ergo non potest esse subiectum. Dicendum quod de subiecto debet presupponi quid est et quia est in actuali demonstratione. in ante vel post in traditione scientie potest inuestigari. Vel dicendum quod quid nominis supponitur. sed quid rei in scientia inuestigat. Et cum replicatur quid rei est diffinitio subiecti. que ponitur per medio demonstrationis. ergo quid rei subiecti etiam supponitur. Unde quod quid rei ipsius subiecti aliquo modo presupponit i noticia profusa. tamen idem quod rei inuestigat. et diffinitur ad habendum noticiam determinatam.

Subiectum non debet transcendere metas. sed syllogismus simpliciter dicitur transcendit metas

huius scientie. ergo non est subiectum eius. Unde probatur. quia etiam est subiectum libri priorum. Unde quod huiusmodi subiectum bene transcendit metas libri sed non scientie. quia eade est scientia libri priorum et libri posteriorum. et sic tractat. quod iste tractat. et tractus ex libro posteriorum. et sic.

Sed syllogismus simpliciter dicitur est contingens. igitur. Sed syllogismus simpliciter dicitur est scientia. quod est necessarium. primo posteriorum. Sed minor probatur. quia dependet ab opere nostri intellectus. et potest fieri vltimum non fieri. Dicendum quod duplex aliquid sit ab operatione nostri intellectus. vno modo sic quod habet extra intellectum causas determinatas a quibus necessario dependet. et de illo quod sic dependet ab intellectu potest esse scientia. Alio modo sic quod non habet principia determinata a quibus dependet. sicut sunt casualia et fortuita in particulari considerata. de quibus non est scientia. Vel dicendum quod syllogismus simpliciter dicitur comparatur ad duo vno modo ad intellectum facientis syllogismus. et sic est ens contingens. Alio modo ad sua principia. et sic est necessarium. et hoc secundo modo de ipso est scientia. Et quod dicitur de ente per accidens non est scientia. sed syllogismus simpliciter dicitur est ens per accidens. ergo de ipso non est scientia. Unde probatur. quod est ens per nostrum intellectum ut dicitur est. Unde quod ens per accidens duplex. vno modo quia est casuale et fortuitum et contingens. et de tali non est scientia in particulari. Alio modo dicitur ens per accidens. id est per aliud. et de tali est scientia. et sic capitur huiusmodi.

Sed omnis scientia habetur per syllogismus. si hoc syllogismo habet scientia. illa habetur per alium syllogismus. et ista iterum per alium. et sic esset processus infinitus. Unde quod duplex est syllogismus. scilicet particularis et communis. In omnis scientia habetur per syllogismus in particulari consideratum. et in illo syllogismo particulari est status. sed de syllogismo in com habetur scientia.

Sed nullum copulerum est subiectum alicuius scientie. sed syllogismus simpliciter dicitur est quid copulerum. ergo non est hic subiectum. Unde quod nullum copulerum finem rem. sive finem rem et vocem simul est subiectum alicuius scientie. sed copulerum finem vocem tamen bene est subiectum alicuius scientie. quia propter penuriam vocabulorum possunt plura nomina vnam rem significare cui non est simplex nomen impositum quod tunc per subiecto ponitur.

Sed in tota noua logica determinat de syllogismo simpliciter dicitur. quod non est subiectum adequatum quartum tractat. Tenet prima. quia idem non potest esse subiectum totum et partis. Unde quod simpliciter capitur dupliciter. potest sufficere in ipso. vno modo simpliciter valet. id est sine addito. hoc est sine contractione ad aliquam materiam certam. Alio modo simpliciter valet. id est vltimum. primo modo syllogismus simpliciter dicitur est subiectum huiusmodi quartum tractat. sed capiendum simpliciter secundo modo sic syllogismus simpliciter dicitur est subiectum in tota noua logica. quia syllogismus simpliciter in vltimo et huiusmodi capiendum totum casus thegreumatice. quod si caperet sine thegreumatice tunc esset falsum. ut patet per descendentes.

Sed syllogismus simpliciter consideratur in quarto tractatu est contractus. et male dicitur quod syllogismus simpliciter dicitur. id est contractus sit subiectus. Unde probatur. quia contractus ad tres terminos et duas propositiones. Unde quod duplex est materia. scilicet generalis